

I. N. J.

*Sancta precum vis grata DEO, victrixq; potentis:  
Discamus, QVOD, QVI? sit facienda Deo.*

Christiani Praeceptores merito nihil magis habent  
in votis, qvam ut fidei suæ commissa juventus Scholaistica sit talis extra tem-  
plum & scholam, qvalis esse docetur, monetur, jubetur à doctoribus utri-  
usq; intra utramq; Spiritus Sancti officinam. At vero hic sèpius spem fe-  
re omnem experiuntur vanam, nisi qvam in sanctis & per Christum validis  
precibus habent positam. Ut vero in precibus omnes debemus esse assi-  
dui, ita etiam in iis juventuti commendandis urgendiisq; docentes in scho-  
la nunq; sunt remissi. Αδιαλείπως ἀγορύχεθε, praecipit S. Paulus  
II. ad Thess. V. v. 17. non errorem Euchetarum stabiliens, sed vel corde,  
vel ore & corde simul, vel opere orare jubens. *Qui enim bene semper agit,*  
*semper orat; & non cessat orare, qui non cessat bene facere* habet glossa. *Omnia*  
*opera credentium sunt preces;* dixit Hieronymus citante E. Luthero Tom.  
VI. Altenb. p. 46. addito dicto: *Wer treulich arbeitet/der betet zweifältig.*  
Qvod igitur necessitas imperat, pietas jubet, proximorum Spiritus Sancti, ceu pre-  
cum Spiritus, & publici poenitentiae, precum & jejunii festorum solennitas sva-  
debat, suscipiendum sibi duxit par juvenum in Illustri Athenaeo Rudol-  
stadio-Swarzburgico, qvorum

**HENRICUS CHRISTOPHORUS Ludwig/**  
Schwarzburg. Illust. Menfæ gratuit. Alum.

**QVOD SIT ORANDUM;**  
**JOHANN WOLFGANG Ehle / Meusselba-**  
censis, Illust. beneficii alumnus,

**QVID, ET QVOMODO A DEO PE-**  
**TENDUM,**

Oratione Latina declarabit, prioris annexa paraphrasi & explanatione  
Orationis Dominicae Graeca prof. & lig.

*Ad d. XVII. Junii in Audit. Maj. hor. IX.*

Qui, sicut orantes perorabunt, ita ut præsentia sua honorifica illos excita-  
re velint, qvotq; vacat & volupe est, qva par est obseruantia & humanitate orat

**Cum DN. RECTORE,**  
**JOH. CHRISTOH. TREUNER, C.C.P. CONR.**  
Continuata Caelarologia metrica.

---

RUDOLSTADI, Literis CHRISTOPHORI FLEISHERI, 1680.



*IMPERAT.*

Sec. V.

*Nomina,*

*Occident.*

*Elogia,*

Sec

Imperio tua sceptrā, VALENTINJANE, ruina.  
*Augusti reliqui vix tanto nomine digni :*  
 Cæsaris Occisor rapuisti, MAXIME, sceptrā.  
 Ut capis invitus fasces, sic ponis, AVITE,  
 Par sceptro moreris cito, MAJORANE, cadenti,  
 Par luis occisor rapiendo sceptrā, SEVERE,  
 Nil juvat ANTHEMIUM Ricimero jungere gnatā.  
 Gustat onus sceptri γλυκύπηγν OLYBRIUS, en mors!  
 GLYCERIUS nolens mutat *diadema galero*,  
 JULIUS inde NEPOS Gothicō à depulsus *Oreste*,  
 AVGVSTI bene cœpta miser Tu, AVGVSTVLE,  
 finis.

*Orient.* a b

THEIDOSIUS *clemens, doctus, prece strenuus alter;*

a. A sorore *Pulcheria*, Imperii *socia*, excellentis ingenii, eruditionis & pietatis femina & *Anthemio* tutele fidissimo pietate & doctrina fuit imbatus. *Theodosianus codex* editur Constantinopoli A.C. 435.

b. Mos ipsi fuit mane Psalms canere cum conjugē *Endoxia*, Philos. Atheniensis fil. ( alia à *sacru cognomini*, qvæ dicta fuit altera *Jesabel* & *Herodias Chrysostomo* intensissima ) & sorore *Pulcheria*. Scripsit sua manu libb. N.T. qvorum aliquam partem quotidie legit.

Pacificus, justus MARTJANUS c. *nominis ē vir*;

c. Miles adhuc reliqvis autoritate & virtute praestans Imperator factus opera *Pulcheriae Theodosii Jun. Sororis*, qvæ fratri mortem tam diu celavit, dum *Martianum* juramento de non libanda, ceu Deo dicata, virginitate sibi obstrictum constituit Imperatorem & accepit maritum.

Succedit e. LEO *Thrax pacis, pietatis amator*;

e. Symbolum : *Princeps ut sol sit*. In ore hoc illi freqvens fuit : qvemadmodum sol cunctis, qvæ illustrat, non nihil impertit caloris : sic princeps omnes eos debet dignari sua misericordia, qvos contuetur.

Leo



*IMPERAT.*    *Nomina*,    *Elogia*,  
Sec. V.

*Orient:*

Leo I. Imperator moribundus nuper natum ex Ariadna filia & Zenone post filium Imperatore nepotem designat Augustum brevissimæ vitæ.

Hic primus à Patriarcha Constantinopolitano Anatolio coronatus non in Imperii collationem & confirmationem , qvo jam tum potitus; sed Christianæ fidei testimonium. Idem acta Concilii Chalcedonensis confirmavit.

In cunis successor Avo LEO dicitur INFANS.

f.  
Post genitum genitor ZENO corpore menteque turpis;

f.Exemplum rarum,qvo Pater filio successit. Haereticorū fautor & luxuriosus. Hoc tempore universus Christianus orbis sub haereticis principibus fuit : Italia sub Ariano Rege , Gallia sub Burgundionibus & Gothis Ariani , Africa sub Genserico Ariano , Hispania etiam ab Arianismo infecta à Gothis , Orientale Imperium sub Zenone Imp. Eutychiano.

Ant-Augustus erat BASILISCUS seditiosus;

Ecclesiae Eutychianus ANASTASIUS ferus hostis.

Sec.VI.

<sup>a</sup> Litera nulla Tibi , bone JUSTINE , hæresis osor.

<sup>b</sup> Te JUS, JUSTINIANE, probat, num cetera? lis est :

Non mansisse pium & , JUSTINE secunde , benignum!

A 2

Qvam

*IMPERAT.*    *Nomina,*    *Elogia,*

Sec. VII.

*Orient.*

<sup>f</sup> JUSTINIANUS atrox *ἰδιογνώμων* RHINOTMETUS;  
Talio Te, male dux, privabat nare, LE<sup>g</sup>ONTI!

ABSIMARUS faetus TIBERI cognominis amni,

a. De hoc vino vox populi: *vinum bibisti rursus mentem amisisti Pontificiæ Monarchiæ & Anti-Christi obstetrix. Bonifacio tertio cœu numū confessionalium pro absolutione à caede Mauritii, primatum super omnes Ecclesias concessit. Sic ejus tempore duae Archihæreses cœperunt, AntiChristianismus & Mahomedismus.* b. Primo contra Persas feliciter rem gessit auro argentoq; sacro templis in casu necessitatis detracto & signato, postea otio libidini & planetariis deditus in Monothelarum haeresin prolabitur, Martinam fratris filiam dicit uxorem idem omnibus permittens. Sed filiorum, ex incestu alter surdus, alter obstipæ & rigidae cervicis natus; & ipse quo peccarat, punitus, ut natura invertens, quod in terram alias ejicit, ipsi in faciem immitteret. c. Martina Mater, ut filius Heracleonas Imperator fieret, privignum *Constantinum* veneno sustulit. Senatus matrem lingua, ne oratione, qua plurimum pollebat; filium naribus, ne forma populum moveret, privavit. d. Monetheleta *Theodosium* fratrem Diaconum interfecit: anno XIII. Imperii in Lycia à Saracenis Rhodum occupantibus tanta clade victus, ut mare cæforum sanguine ruberet; provincias & præcipue Siciliam, in qua occisus, acerbis tributis oneravit. e. Contra Monotheletas Concil. Oecum. VI. (quod est Constantinopolitanum III. prodigiosa pluvia telarum aranearum, finitum) indixit, cui Agatho Episcopus eo tempore Rom. cum eo legatos mitteret, scripsit: *quia Clerici propter barbarorum in Italiam dominatum manuariis operibus viatum querere coguntur, plenam S. Scripturarum apud se Scientiam non inveniri. Paganatus dictus, quod imberbis in Siciliam abiens Barbatus rediit. Callinici Mathematici strategemate, igne subter aquas classem adurente (qui inde ignis Græcus dicitur) Saracenos fudit.*

*IMPERAT.* *Nomina,* *Elogia,*  
*Orient.*

fudit. f Rhinotmetus, qvia à Leontio naso privatus. (Nota prosodiaca: prima in πινότμην frequentissime longam corripuit Trajanus Imp. I.2. Epigram. c. 12. p. edit. fol. 205. Αὐλίον ἡελίς σῆσας πίνα καὶ σῶα χάσκων:)

Non Consiliarios, sed se & duos assentatores Theodosium monachum,, qvem Generalem vocabat; & Stephanum facellarium, qvi consilia de religione rexit, audiens crudelis factus se in exilium, hos funibus per urbem tractos in horrendum supplicium conjecit. Exempla ergo Aulicae sycophantiae & adulationis punitae: *Theodosius* & *Stephanus* apud Justinianum, *Sejanus* apud Tiberium, *Plautianus* apud Severum, *Eutropius* apud Theodosium II. Crudelis post exilium qvoties nares truncas emungebat, unum ex iis, qvi Leontio favissent, interficiebat.

In eo defecit linea *Heraclii* elapsis ab eo annis centum, cui soli id usq; contigit, ut ex una stirpe sextus legeretur Augustus.g.Cum *Leontius* male præcesset, ab exercitu rebellante remotus & loco ejus dux factus *Tiberius Absimarus*, qvi *Leontium* naso truncat & monasterio includit.  
Sec. IX.

<sup>a</sup> Prodigie, inepte PHILIPPICE BARDANES *Iconoclasta!*

<sup>b</sup> Inclita ANASTASII pietas, non arma, secundi;

<sup>c</sup> THEIDOSII tertii fasces qvoque Principe digni.

<sup>d</sup> In Saracenos LEO, sed malus ICONOCLASTA.

<sup>e</sup> CONSTANTINE, Deo inconstans, COPRONYME, *stercus*.

<sup>f</sup> Haeres imperii & scelerum., LEO Quarte, Paren-

CON-

**CONSTANTINUS** erat Patruis trux ordine **Sextus**.

**Jesabel IRENE** poteras *Augusta vocari*.

a. *Aurel. Victor.* vocat hominem, in quo multum leqventiae, sapientiae parum. Monotheletarum hæresi Eutychiano monstro, impense favit. De qua peste ut HERACLIUS Imp. Monotheleta jam ante 100. annos, erroris ab orthodoxis convictus, suæ tamen magis autoritati, quam veritati velificans decretum impium & utriq; parti ridiculum tulit: ut neq; evadia una, neq; dicitur evagya duplex voluntas prædicaretur; ita in Ecclesia tunc imperante Philippico nondū erat sopita. Cur & unde Monotheletae etiam dicti sint Maronite cognoscimur ex D. Joh. Ernst. Gerhardi b. m. de Ecclesia Maronitarum. Primus edicto publico imagines è templis aboleri jussit. Ex quo Iconomachia tristes turbas per 200. annos in Ecclesia excitavit orientalibus in defensu, occidentalibus in excessu peccantibus, orta à Judæis & Saracenis imaginum hostibus. b. Doctus, qvippe Philippici antea Secretarius, pius & acris fidei Catholicæ contra Synodi Vlæ. impugnatores defensor; Candidus nec aliud clausum pectore, aliud promtum lingua gerens; sed bello contra Barbaros propter corruptū seditione exercitum infelix monasterio includitur. c. Ob insignes animi dotes omnibus carus, ad ignoscendum facilis: Imperium uti invitus suscepit, ita sponte deponens in monasterium abiit à patria ADRAMYTENUS dictus. d. Hoc Imp. Constantinopolis à Sulimanno Saracenorum R. arce triennium oblesa hoste igne Græco, tempestate, peste fracto liberata fuit de 1700. navibus quinq; tantum evadentibus. In ipsa quidem Urbe etiam 30000. homin. peste perierunt. Saraceni jam intra 100. ann. post Mahomedem potiti erant Arabia, Syria, Persia, Egypto, Africa. Ex Hispania etiam in Galliam ingressos Carolus Martellus tunc Brabantæ Dux & è Majoribus Domus (de qua dignitate vid. Lehm. Chron. Spiren l. 3. c. 19 ff) è Gallia ejecit. Propter intempestivum contra imagines Zelum LEONIS Itali se Gregorio II. P.R. dedunt Fide Imperatoris relicta & foedere cum Francis inito: Hinc Pontifices ad Francos respicere cooperunt Römam & Italiam ab Imperio absindere conati. e. Cognomen accepit, qvia Baptismatis aquam stercore polluit. Mala coru malum orum, à Deo defecit Magicis & cruentis sacrificiis gaudens nec Christianus, nec Judæus, nec Ethnicus. f. Gemmas sic impense amabat, ut sacrilegio coronam gemmis pretiosissimis ab Heracio gloriae Dei dicatam gestaret Matre proba vitiis frustra obstante. Ab una expeditione contra Saracen. minus felici reversus mancipium fit voluptatis. Dictus al. PORPHYROGENNETUS, qvod puer adhuc purpuræ imperii consors factus. g. Nicephoro patruo oculos effodiens, alii lingvam resecans in odium incurrit: Matri Irene decennium Augustæ Imperium abrogat, sed stulte Imperio restituens filius à matre excæcatur eodem die, qvo ante quinq; annum excæcarat patruum. h. Hæc remp. valde turbavit.

S. D. G.

Q.K.386,12.

SCHWA

Non una vox sa-  
minica hoc gaud  
MINISCERE,  
sic utere, ne ultra  
μω, λιμω, λοιμ  
nos excitat dice  
homo, flagelloru  
nera & fangvin  
TERRA SCHW  
qua sospes salvu

ILLU

DN

SS. R. I. IV VIR

Sor

PA

ECCLESIAE A

eD

REMIN

Ideam

Le

I


ndo Martii

Ad qua

in


JOH.

Literi



**KODAK Color Control Patches** © The Tiffen Company, 2000

LICENSED PRODUCT  
Black



scere GRATA,  
Tibi.  
SCERE.Adest Do-  
gentibus pax : RE-  
n me habes, ista & me  
ricuspite telo , πλέ-  
npus, qvo Salvator  
EMINISCERE, δ  
NISCERE per vul-  
ERE singulatim , ô  
& bonitatis divinæ,  
DOMINUS,  
TUS  
S,  
i, Dynasta Arnsteti,  
enberga,  
IMUS,  
CENTISSIMUS,  
a LVXIt.  
DEO gratiarum  
andam siste  
Magno  
ollstad.  
Magno  
ohul.  
r. IX. in Aud. Maj.  
& humanitas  
ve invitat  
C. P. ConR.  
ERI, 1680.

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITATIS  
HALLE  
(SAARE)

II n  
238